



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

Dominica XIV. Post Pentecosten.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

CONCIONATORIUS. 153

cta & vera Fide. Mense VII. Disc. 197. pag.  
287. usque ad num. 9.

DOMINICA XIV.  
POST PENTECOSTEN.

1.

*Nōnne anima plus est, quām esca?*  
Matth. 6.

Prohibet Christus omnem sollicitudinem nimiam pro alimentis aliisque rebus corpori necessariis, & inculcat sollicitudinem pro anima habendam: sicut ergo, qui mundo serviunt, omne perdendarum rerum periculum fugiunt, ta par est nos declinare omne periculum amittendæ gratiæ & salutis; anima enim plus est, quām esca, & propterea sollicitè nobis cavendæ sunt pravæ occasionses. Mense I. Disc. 22.  
Pag. 336.

2.

*Fænum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur.* Matth. 6.

Sæpiissimè in S. Scripturis humana vita fæno aut caduco flori comparatur: *Omnis caro fænum;* vult nimirūm DEUS nos ad caducitatem rerum temporalium mèditandam nos hac similitudine excitare, ut omnis cogitatio nostra ad æternitatem se convertat: *Quærite primum regnum*

k 5

regnum

*regnum Del.* Meditemur itaque mortem , sed simul quæramus justitiam & sanctitatem : jucunda est mortis memoria piè viventibus.  
*Mense III.* Disc. 61. pag. II. à num. 5. ad finem.

3.

*Nemo potest duobus Dominis servire.*  
*Matth. 6.*

Difficillimum , imo impossibile est , ut , si sponte elegeris Dominum malum , simul DEO servias : necesse est igitur , ut caveas , ne scelerati Domini servitio te addicas , vel si deceptus fueris , quamprimum recedas. *Mense IV.* Disc. 103. pag. 194. usque ad num. 8.

4.

*Nemo potest duobus Dominis servire.*  
*Matth. 6.*

Fugiendum est , quantum fieri potest , servitium sub malo Domino , cùm illud te quasi constringat ad participium sceleris. Quodsi tamen quacunque necessitate alligatus sis tali servitio , disce , quid agendum tibi sit , ne alienorum scelerum particeps fias. *Mense IV.* Disc. 103. pag. 204. à num. 8. ad finem.

5.

*Nemo potest duobus Dominis servire.*  
*Matth. 6.*

Duo Domini ad sua nos vexilla traducere contendunt , Christus ad regnum per crucem ,

## CONCIONATORIUS. 155

cem, diabolus ad tormentum per voluptatem: ille nos invitat veris promissis futuræ gloriæ, iste nos allicit falsis deliciis præsentis vitæ; quæ quoniam arrident sensibus, facile nos illaqueant, nisi temptationibus fortiter resistamus. Resistemus autem feliciter, si exemplo Christi præparemus nos ad temptationem, & in ipso conflictu consideremus præsentia auxilia ac futura præmia. *Mense X. Disc. 236.*  
*Pag. 221.*

## DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN.

I.

*Adolescens, tibi dico surge. Luc. 7.*

Forti imperio rem indigere Christus innuit, ubi suscitandus est mortuus: *Tibi dico, surge;* sicut & in Lazaro: *Lazare, veni foras.* Verum pari facilitate Christi potentia sanavit infirmos & excitavit mortuos. Significare voluit, quād difficulter resurgat homo, qui peccandi consuetudine contractā DEO mortuus vivit. Malum sane periculosissimum prava est consuetudo. *Mense I. Disc. 24. pag. 386.*  
*usque ad num. 7.*

2.